

ad ignem excutiendum. O sancta simplicitas Germanorum. Hanc enim iaspidem contra sanguinem & fluxum mensurorum præsentissimè ualere expertus sum. Idem iuuat & partum, & tægit conceptum. Cætera quæ Albertus & alij scribunt de iaspide, quomodo faciat ad gratiam & amorem, magica esse credo, quæ tu ipse legere poteris.

## DE SAPHIRO,

## Cap. LXXII.

**S**aphirus lapis à Germanis dicitur et in saphyræ. Quicquid species iaspidis, de qua consule Dioscoridem L. C. & Plinium libro tricesimo septimo, capite nono. Estq; lapis aureis punctis collucens, cuius aliæ species sunt cæruleæ, aliæ iuxta purpura. Optime apud Medos, nusquam per lucide: aliæ inutiles sculpturæ, interuenientibus crystallinis cætris. aliæ coloris cyanei, quæ mares saphiri estimantur esse. Albertus saphirum dici ait & lapidem siriten, quia in littoribus, ubi sirtes, inueniatur. Orientalem tamen & Indiacam esse optimam prædicat, & huius speciem aliam esse coloris perspicui, cæli serenati, in qua uincat quasi flauus color. aliam uerò habere nubes obscuras, ad rubedinem declinantes. Aliam nubeculas habere e contra albas. Cæterum saphiri uirtutē uolūt esse, reddere hominem castum, pium, stabilem. utimur hodie